



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

XXXVIII. Markgraf Ludwig verweist die Stadt Perleberg mit ihren den Landesherrn zu zahlenden Abgaben an Gebhard von Alvensleben, im J. 1344.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

presentibus est appensum. Actum et Datum perleberge anno Domini millesimo trecentesimo quadagesimo tercio, feria sexta ante Dominicam, qua cantatur letare, presentibus Conrado Windervelde Famulo, Lamberto factoris, Gheveharo Rixboden, Hinrico et Arnaldo fratribus de nova domo, Nicolao Grabow, Hinrico Wackeri, et Johanne Kalebow, Civibus in perleberge, et multis aliis fide dignis.

Aus dem Copialbuche des Archidiaconus Buchholz.

**XXXVIII.** Markgraf Ludwig verweist die Stadt Perleberg mit ihren den Landesherrn zu zahlenden Abgaben an Gebhard von Alvensleben, im J. 1344.

Ludovicus etc. prudentibus consulibus et universitati perleberge etc. Pensionem vestram annuam debito solucionis tempore nobis debendam et soluendam strenuo militi geueharo de aluenselue heredesbusque suis legitimis deputauimus & assignauimus, assignamus & deputamus tam diu tollendam & percipiendam quousque sibi de M. D. C. marcis argenti brandeb. et ponderis, pro quibus nostri nomine castrum suum cloetz obligauit & exposuit integraliter satisfecerimus et complete, mandantes vobis firmiter et districte, quatenus predictam pensionem singulis soluendam terminis ut premittitur venientibus sibi vel suo certo nuncio soluatis & detis, de quibus vos dum feceritis quitos dicimus & solutos nuntiamus, volentes vos vt predictum vobis scriptis nostris notificare meminimus pro singulis vestris iuribus nostrisque iuribus si id ipsum prompto confeceritis et ceteros nostros fideles et subditos defensare. in cuius etc. Testes Tek, Lyndowe, grisenberg, magister coquine helbe, wedel et g. wolf. Datum havelberg anno M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XLIV<sup>o</sup> sabbato ante diem agnetis.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Advocatia Havelbergenfis, Bl. 20b. und 21 a. Nr. LXI.

**XXXIX.** Des Markgrafen Ludwigs Vertrag zwischen den Gewandschneidern und den Wollwebern und Bestätigung der Gilde der Gewandschneider zu Perleberg, v. J. 1345.

Noverint etc. quod nos Ludovicus etc. Duplica nostrorum consiliariorum vidimus & audivimus litteras & instrumenta discretorum pannicidarum parte ex una de pannificum siue lanificum parte ex altera, civitatis nostre perlebergenfis nobis dilectorum, cum testimonio sufficienti & ydoneo proborum virorum vtrobique predicto militum, militarium et aliorum, quibus fides ex merito poterat adhiberi, ipsosque in simul super singulis & vniversis desentionum materiis inter eas pridem aut hactenus subortas discussimus, concordauimus sentencialiter ac iuridice in hunc modum videlicet, quod vnionem siue magnam guldam pannicidarum civitatis nostre predictae, secundum quod per magnificos principes marchiones brandenburgenses predecessores nostros bone recordacionis instaurata, ordinata ac privilegiata existit ad ratihabitionem sempiternam, ratificamus, approbamus ac et tenore presentis littere confirmamus revocatione qualibet quiescente. Quam quidem vnionem siue guldam in omnibus iuribus suis, donis & gratiis ipsi ab antiquo per marchiones brandenburgenses et ex nunc per nos rite indultis protegere, defensare volumus & tueri precipue in eo, quod nullus presencium vel futurorum pannum seu pannos per ulnas particulariter, divisim aut frustratim dividere, incidere vel vendere debeat siue possit in civitate pretacta, nisi de fraternitate siue confortio vnionis fuerit prenotate. Quod si quis ausu temerario faceret siue facere presumere, contra ius pannicidarum preexpressum, qui duorum virorum honestorum protestacionis testimonio reus in hoc facto possit approbari, idem tria talenta denariorum brandenburgensium, videlicet vnum nobis, reliquum civitati & tercium pannicidis ibidem dare tenebitur sine contra-